

„ Vos Patriarchas Aurum renunciat . Cui manus im-
 „ nitis , quin de pretio paciscamini ? Cui *εὐχάλεον* con-
 „ ceditis , quin de lucro tractetis ? universim , cui mi-
 „ nistratis Sacramenta , quem ex prævio contractu ad fa-
 „ crilegam solutionem non obligetis „ ? Denique Theo-
 „ dorus Balsamon in Photii Nomocanonem tit. 1. cap. 24.
De his qui datis pecuniis ordinantur , aut suscipiunt offi-
cia , illud de temporum suorum calamitatibus notat ,
 quod ad præsentem Photianorum ætatem jure optimo
 traduci possit , sic scribens . „ Nota . Præfens Novella ,
 „ Canonicos , qui datis pecuniis ordinantur , aliamve
 „ quampiam Ecclesiasticam suscipiunt curam , atque lai-
 „ cos , qui in his rebus mediatores facti sunt , ejus quod
 „ ipsis datum est , in duplum exactioni facit obnoxios .
 „ Canon autem secundus Concilii Chalcedonenfis , lai-
 „ cos qui in his mediatores interveniunt , anathemati
 „ subjicit . Verum quod laici qui datis pecuniis , sacro-
 „ rum locorum administrationes suscipiunt , puniantur ,
 „ ex præfenti Novella (*nempe* , cxxiii .) constat . At
 „ quisnam tandem laicus citra dationem , aut procuratio-
 „ nem sacri loci , aut ministerium Ecclesiasticum sus-
 „ cipiat , aut Clericus fiat , aut in cellam monasticam
 „ admittatur , equidem ignoro : ac propterea flexis ge-
 „ nibus Deum oro , ut nos ab hujusmodi minis libera-
 „ re velit , clamans : Si iniquitates observaveris Do-
 „ mine , quis sustinebit ?

Hæc de *Enthronistico* , *Emphanistico* , *Canonico* , *Aé-*
rico , & *Embaticio* dicta sufficiant .

Bibliotheca Juris Canonici & Civilis
 Ecclesie Orientalis ,

TOMI SECUNDI FINIS .

INDEX